

D. FRANCISCI  
SALGADO  
DE SOMOZA,  
*TRACTATUS*  
DE REGIA PROTECTIONE  
VI OPPRESSORVM APPELLANTIVM  
à caufis & Iudicibus Ecclefiafticis.

D. FRANCISCI  
SALGADO  
DE SOMOZA,

IVRIS VTRIVSQUE ANTECESSORIS,

*Es del lib. de* & in Amplissimo Regioque Senatu Gallicie Aduocati,

*del Colegio de la* TRACTATUS

*de* DE REGIA PROTECTIONE

VI OPPRESSORVM APPELLANTIVM

à causis & Iudicibus Ecclesiasticis.


*Vtrique Reipublice, tam Ecclesiastica, quàm temporali, valde utilis: necnon supremis regalibus  
Pratorii, cunctisque Tribunalibus Ecclesiasticis omnino necessarius.*

*In quo fecundissima praxis, præcipue Ecclesiastica & beneficialis, dilucidè conuenitur.*

*Opus equidem præstantissimum, à plerisque petito, & ab omnibus in vicium desideratum: non sine magno  
labore & experientia digestum, prouideque & accurate illustratum: antea in alios tomos  
diuisum, nunc vero in unum corpus redactum.*

*Cum Summaris, ac duplii Iudice, altero Possum & Capium: altero terarum singularium locutionibus.*

EDITIO QVARTA.



LUGDVNI

Sumptibus LAURENTII ANISSON,

M. DC. LXIX.

SVPERIORVM PERMISSV,

BIBLIOTECA  
UNIVERSITARIA  
SALAMANCA





EXCELLENT<sup>MO</sup> ET ILLVSTR<sup>MO</sup>  
PRINCIPI,

COMITI MONTIS REGII  
ET DE FVENTES, &c.

E SUPREMO CONSILIO STATVS, ET BELLI  
Inuictissimi PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Consiliario  
dignissimo, necnon summo Italiæ Senatui  
Præfecto præstantissimo,

*Don Franciscus Salgado de Somoza S. P. D.*



VM primùm fuerit (EXCELLENTISSIME PRINCEPS) tanti tractatus fabrica in mea mente concepta, eodem simul instanti cui sit eius debita consecratio, prouidè præueni, intrepidè concepi, & firmiter apprehendi; hæc enim vna me impulit cogitatio, vt vni tibi opus hoc nostrum (innumeris & immortalibus titulis tibi debitum) officiosâ animi submissione dicarem, qui maiorum tuorum principatus, pietatis, amoris, honoris, & charitatis hæres profapiam de los SALGADOS tuæ, tuorumque seruituti ortam & propagatam sub tua semper suscepisti tutela. Hinc & erga charum Genitorem meum, méque ipsium tui generoso animo beneficiatum non leuia, sed singularia amoris & animi indicia in dies indicasti. Tibi igitur iure optimo in signum velut naturalis tributi hoc munus offero. Indubiè etenim debetur tibi (PRÆSES EXCELLENTISSIME) vt præstantissimo, non solum præclari generis nobilitate fulgentissimo, & illustrissimo Principi (quis antiquissimum nescit stemma comitatus Montis Regij præclaris facinoribus decoratum, inter Hispaniæ proceres gloria & honore excellere, nisi qui solem non noscit?) verum etiam & cunctarum virtutum ornamentis, quæ vera est tua hæreditas ab optimis quidem proavis longa serie trans-



# INDEX

## PARTIVM, ET CAPITVM,

quæ in hoc Opere continentur.

### P A R S P R I M A.

Epilogus proemialis:

pag. 1

tribunalium districtibus, emissarum appellationum pro delatione quod tribunal adendum. 83

#### C A P V T I.



Quomodo sit supremi Principis potestas, quomodo iure sustineri valeat in adimenda vi, à iudicibus Ecclesiasticis illata, & de eius origine, & principio; ubi plura fundamenta (cum vtilia, tum protectionis iustificationi omnino necessaria) inferuntur, hætenus à nemine considerata.

Prælium primum.	3
Prælium secundum.	9
Prælium tertium.	12
Prælium quartum.	14
Prælium quintum.	28
	30

#### C A P V T II.

De modo procedendi per regium Senatum in adimenda vi ab Ecclesiastico iudice illata, non deferente iuræ appellationi; & de variis formulis, quibus decreta concipiuntur; & quid si excommunicatum (provi rogatur) recuset absolueri, an ad id cogatur; & an actotum inspectio in Senatu interim impediatur; & quid si sententia inflicti (quam *sobrecarta* dicimus) non obtemperaverit.

Decretum formulæ.	49
	67

#### §. I.

Per delationem, neque repositionem, an & quemadmodum regie provisioni iudicem Ecclesiasticum satisfecisse dicatur; & quid si semel repositum revocaverit.

74

#### §. II.

De provisione processus non integri (*de ante dimissus*, à pragmaticis dicta) & quando concedi, & quomodo concedenda.

78

#### §. III.

Quod ius, seu sylum, an Rota, an tribunalis Ecclesiasticæ; quomodo opinionem Regiæ Senatus attendere debeat in articulis violentiæ; & an in dubio iudicem vim fecisse decernatur.

80

#### §. IV.

Provisio expedita vigore decreti Regiæ, quo vim fieri est declaratum, quemadmodum intimanda sit iudici degenti in alterius tribunalis districtu, & à duobus iudicibus adiuticem procedentibus, existentibus in diversis

*Saigado de Protest. Reg.*

#### §. V.

De his causis, & negotiis, quibus denegatur recursus ad suprema Prætoria per hanc viam violentiæ.

84

#### C A P V T III.

Appellanti ab aliquo gravamine, quo finem suæ iudex iurisdictioni imponit, vel aliter expirat; ita ut ea penitus ad reponendum careat; vel quando post gravamen illatum iudex abiit, vel obiit: quemadmodum supremus Senatus per viam violentiæ aditus, consulere queat.

91

#### C A P V T IV.

Ab Ecclesiastico iudice aliquid reponente mandato & virtute provisionis Regiæ Senatus ad quem per viam violentiæ itum est; appellationi emissæ non deferens an vim faciat.

101

#### C A P V T V.

Oppressus qui visus est regio decreto conditionali (quod pragmatici *tertium genus* vocant) an possit postmodum suam prosequi appellationem, & eius virtute iudex inhiberi inferior, ubi latè de natura decreti conditionalis, & quibus casibus locum habeat.

103

#### C A P V T VI.

Appellationis legitime denegata delatio, & attenuata exequutio, seu ad vltiora processus præcisè, an final requirantur, ut violentiam adesse declaretur; & quid si adest subsequens exequutio dumtaxat, præcedente tamen delatione appellationis; & quid in actis negatiuis.

112

#### C A P V T VII.

Regis intimata ordinata, & pendente recursu ad Regem; an iudex Ecclesiasticus supersedere teneatur; ita ut interim ad ea gesta, nulla, & attentata dicantur; & an termini interdum suspendantur; in quo quid Rota censuerit refertur.

119

#### C A P V T VIII.

Dato semel in Senatu decreto super violentia ex actotum inspectione, illis tamen dimissis; an postmodum eis integris, possit eiusdem appellationis virtute, super eodem articulo, & Regiæ iterum haberi recursus per hanc viam violentiæ.

126





TRACTATUS  
DE REGIA PROTECTIONE  
VI OPPRESSORVM  
APPELLANTIVM.

EPILOGVS PROOEMIALIS.



**C**um protectio, & subditorum defensio cum ipso sit simul Regno ab origine orta, itaq; Regni obiectum sit, & causa finalis a: Regnum siquidem propter protectionem vi oppressorum, non protectio propter Regnum, aut Regem creatum est à Rege Regum, & Domino dominantium Deo: ab ipsoque supremis Principibus temporibus ita sic datum b: efficit, vt Vassallorum defensio proutdè meritoque proprium Regis officium dicatur, ac tributum naturale inherens visceribus regiminis, & qualitas infixa ossibus, ac substantiæ diadematis, ita vt regimen, & protectio vnum sit effectum continens, indissolubile, & inseparabile, quæ nec à Rege tolli possunt, nec à regimine (cuius est anima) separari, nisi simul & cum Regno eradiceretur d: quia de regalibus est in signum competens supremæ potestatis, quam sequitur sicut umbra corpus, & qualitas subiectum e, quam Protectionem omni iure, naturali f, diuino g, & positivo, tam Canonico, quàm Ciuili h, Rex supremus exhibere adstringitur vassallis oppressis, non solum laicis, sed multo fortius Ecclesiasticis personis i, tum tanquam Dei Ministris, & maiori defensione indigentibus, non vrentibus materialibus armis, sed spiritualibus tantum: nempe, lacrymis, ieiuniis, orationibus, carnisque maceratione, & sui ipsorum abnegationem, necnon modestiam & charitatem proficientibus: tum etiam, quia sunt pars populi, membra, & ciues Reipublicæ temporalis in ordine ad defensionem, & protectionem naturalem k, cuius priuilegijs gaudent, & vt tales tenentur ad obseruantiam legis politicæ conuenientis bonum publicum, vt vniuersam laicorum simul, & Clericorum utilitatem seu conseruationem, non vi compulsua, sed vi directiua dumtaxat l, ad quorum defensionem, & protectionem ex debito officij & merito charitatis m, & omni iure tenetur Rex, cuius manus murus est Ecclesiæ n, pax Clericorum, salus populi, vita Vassallorum, caput subditorum, tutor Reipublicæ, & præsidium Christianæ Religionis o: ad ipsum igitur omnes promiscuè, tam Clerici, quàm Laici necessitate adstricti, & vi oppressi pro auxilio, & defensione naturali merito confugiunt p, vt propulsetur tollaturque & leuetur violentia sibi illata à iudice Ecclesiastico, denegante legitimæ appellationi delationem, suamque sententiam indebitè, & iure reluctante exequente, suis bonis spoliante appellauem, carcerèque, & censuris iniquè plectente: vsurpando superioris iurisdictionem, & priuando opprellum naturali defensione: ne possit ad superiorem recurrere pro medela suæ iniquitatis, & iniustitiæ q; quia quemadmodum ipsi appellanti omni iure præcipuè naturali sit permissum, ac licitum propulsare violentiam, & resistere iudici exequi volenti violentè & de facto contra ius suam sententiam r: multo fortius sibi licitum erit, imò vrbanius faciet, ad Principem Supremum recurrere si: qui absque vilo scandalo violentiæ resistat, præter auxilium & defensionem naturalem, cuius proprium officium est: hoc enim recursum ad Regem nullatenus infringitur libertas Ecclesiastica, prout nec indirectè in minimo diminuitur, nec impeditur Ecclesiastica iurisdictione, sed imò potius augetur, & ampliatur s, cum finis huius charitatiuæ subsidiij, & Regij recursum in totum directè tendat, ac etiam præcipuè in eius conseruationem, utilitatem & authorita-

a *Dist. Latè cap. 6. hac part. a. à n. 44. & à n. 55. 59. & c. 2. à n. 26. cum seqq. b. c. l. prælatio 1. à n. 40. resiste ad fin. prælatio. c. à num. 92. in d. cap. 1. d. cap. 1. à n. 53. & sub n. 87. & n. 97. & à n. 310. & c. 2. à n. 37. cum pluribus seqq. & supra. e. cap. 1. cum 97. & cap. 2. cum 31. & sic sim. f. *Agitur in d. cum à num. 78. prælatio 3. per rationem, & præcipuè à n. 79. & 88. g. à num. 95. cum seqq. ibid. h. d. cap. 1. à n. 96. cum pluribus seqq. i. d. c. 1. prælatio 2. à n. 57. & à n. 70. k. d. cap. 1. à n. 58. cum alijs pluribus in d. prælatio 2. l. latè dicimus d. cap. 1. à n. 59. seqq. ad n. 60. m. à n. 91. ibid. & n. 84. & 88. n. d. cap. 1. à n. 70. & 71. o. De omnibus iis attributis latè in d. c. 1. prælatio 2. à n. 70. & q. ad 77. p. *Dispensatur in cap. 2. à n. 6. q. Latè prælatio 4. d. cap. 1. à n. 81. & seqq. & de subsidijs prælatio prælatio 4. & supra.***

ex text. in aurb. quosdam priv. & quod dicit text. in 8. ple-  
bisium. in h. de iur. uat. gent. & civil. Greg. Lopez  
in l. 1. in verb. publicis clauoni. in for. cit. 10. p. 2. de Thoma  
Giamari. in decis. 100. in causa vniuersitatis. num. 18. & ob  
hanc rationem beatus Paulus se nubenavit ciuem po-  
puli Romani, quia eius pater cum Romanis ciuilitatem  
contraxerat, c. 1. in adiutorio. l. 1. d. & ibi gl. & Docto-  
res, Burg. de Paz. in l. 3. Taurin. 3. 1. & quod veniant ele-  
rici appellatione vassallorum Principis naturaliter, &  
originarie, latissime comprobat Carolus de Grassis, de  
effect. cleric. effect. 2. à n. 361. usque ad n. 379. in finibus  
allegans, vbi plurima congerit, videndus.

61 Et ex hac ratione provenit laudabilis illa consuetudo  
regni Hispaniarum, Prælatis scilicet, ac personis Eccle-  
siasticis tenendi ad iuramentum fidelitatis Regi præstan-  
dam in recognitionem Domini, ac capitis in tempora-  
libus, Aluar. Vallas. consil. 100. in fin. Francisc. Top. de  
potestate Principis secularis. §. 3. n. 13. & post Baria. in el  
fuero de prelatarum. 10. Carolus de Grassis in tract. de ef-  
fect. cleric. in prælud. n. 376. post Valasum ibi, n. 6. tenet  
Selsu in Epistol. ad Regem. n. 124. Oliuan. de iure fiscal. in  
cap. 7. n. 9. & cit. l. 5. tit. 15. part. 1. ibi: Adesta debet sacer  
amenciaje lomas arrados homes del Reyno que y fueren  
assi como los Prelados y Ricos homes; &c. & ibi Greg. ver-  
los peridos. Cauil. Buxel. de Reg. Cath. præf. 64. qui ce-  
ferunt hoc etiam priuilegium concessisse Ioann. Pontili-  
cem XXII. Regibus Hispanie; ac idem licet clerici  
sint exempti etiam in causis temporalibus à iurisdictione  
Regia, nihilominus non tam absolute, quam ratione  
subiectionis, & vt ciues reipublice temporalis, ac mem-  
bra illius, subint Principi temporalis in ordine ad bonum  
publicum, & rectam regimen totius communitatis. Na-  
uar. in manual. c. 23. n. 88. Soto in quæst. 15. q. 2. Molin. de  
iust. & iur. 1. tom. disputat. 11. vers. sexta concl. Bellarm.  
lib. 1. de clericis. c. 28. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz.  
cap. 13. num. 3. Prosp. Farinac. in vass. criminum. tit. de in-  
quisit. q. 8. n. 30. ergo Princeps supremus tenetur Cleri-  
cos defendere, & à violentiis protegere, quemadmodum  
ceteros in diues. & Reipublice Vassallos.

63 Ex qua ratione provenit, quod cum clerici dicantur  
ciues reipublice, priuilegium concessum tunc, patris,  
& reipublice, non solum laicos, sed etiam clericos com-  
prehendat, Roman. in consil. 180. num. 2. Felian. cap. Ecclesi-  
s. M. num. 76. de iustim. Oldald. in consil. 32. Mart. de iur-  
ris. l. 4. p. cent. 1. cas. 63. sub n. 5. & l. latissime Grassis de  
effect. cleric. effect. 2. n. 381. & latè à n. 361.

64 Et ex hac doctrina, & ab omnibus recepta concla-  
sione, vt clerici subiacent Principi temporalis, vt ciues,  
& membrum reipublice; procedit, ipsos teneri ad ob-  
seruantiam legis politicæ tangentis bonum vniuersum,  
& publicum communitatis laicorum, & clericorum,  
pro vt grauissimi Doctores eam tenent, tam Theologi,  
quam Iuriste, Menoch. consil. 1000. Bellarm. lib. 1. de cle-  
ric. quæst. 28. vers. tertia propositio, Auenda. de exequenda  
manda. 2. p. cap. 14. n. 19. Mexia ad pragmaticam Regiam  
consil. 9. n. 42. Menchaca lib. 1. de succession. creatio. §. 10.  
num. 648. & ita fuisse iudicatum tener Chaquier. decis.  
Pedemunt. 181. Menoch. consil. 300. num. 1. lib. 8. & probat  
lex 54. tit. 6. p. 2. & l. 52. tit. 6. p. 1. l. 1. tit. 25. l. 5. recopilabilis  
Clerigos y personas Ecclesiasticas como seplures. Probant  
etiam DD. in practica sub n. 59. latè plura per Grassis in  
tract. de effect. cleric. effect. 2. num. 130. & 131. & à num. 166.  
fol. 340. & iterum à n. 265. plurimos citat.

65 Quia lex temporalis ratione directiua obligat etiam  
clericos, quatenus vniuersaliter tangit, & respicit bo-  
num publicum, & commune laicorum, & clericorum,  
quia iustitia est, & rationi consonum, vt pater subiciatur  
conservationi, & vtilitati totius vniuersæ, pro vt est res-  
publica temporalis, Couar. in regul. p. 2. p. 6. o.  
vers. 1. Menoch. d. consil. 800. & consil. 1000. Sord. consil.  
301. vol. 1. Gutier. lib. 2. 1. p. quæst. sui Sarmient. lib. 7.  
Seleclar. cap. 14. num. 1. Mart. de iur. q. 1. cas. 7.  
Salgado de protect. Reg.

nam Hieronym. Gabriel cons. 37. num. 1. lib. 1. Vincent.  
de Franch. decis. 9. n. 3. vbi allegat Didacum Perez in l. 1. 2.  
tit. 1. lib. 1. ordinarum. & post Bernard. Diaz Bobadill. in po-  
litic. l. 1. c. 18. nota 2. cum segg. & statim citandi probant,  
& Grassis in locis præcitate citati.

66 Quia licet clerici exempti sint à seculari Regia in-  
iurisdictione, vt notum est, tamen leges Regias respicienti-  
tes bonum publicum totius communitatis tenentur ob-  
seruare vi directiua, dummodo non tendant in præiu-  
dicium libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ, ita ele-  
gantur Victoria in relectione de potestate Ecclesiæ. num. 4.  
Motta in emp. iur. 1. part. 1. de leg. n. 9. vbi fundat hanc  
doctrinam, tenet etiam Ceual. in tract. de cognitione per  
viam violentiam in p. 1. n. 4. in princ. & per consensu  
cipue à n. 10. vbi dicit, quod ex eo quia clerici sint ciues  
reipublice temporales, tunc lex ciuili, quæ respicit  
vniuersum bonum, & commodum reipublice, seruanda  
est ab omnibus, vt tradit Abl. in c. Ecclesiarum 20. & 21.  
de cons. Menoch. d. consil. 1000. vol. 10. Pat. Sord. consil.  
num. 8. vol. 1. Et est ratio, quia licet clerici in spiri-  
tualibus tenentur ista Pontificia seruare; ita in tempo-  
ralibus, & ciuilibus functionibus, concernentibus bonum  
commune omnium ciuium, discedere non debent; ita  
Diodor. de doct. Christian. lib. 1. cap. 1. proposit. 4. S. Thomæ  
de regim. Principum lib. 1. c. 12. Bellarm. l. 1. c. 6. Salced. ad  
Bernard. Diaz. §. 3. in fine vt libere dicimus, leges enim, &  
statuta, quæ sunt ad Regni gubernationem, & conserva-  
tionem, etiam Clericos astingunt. Radin. de Maiest.  
Princ. verb. non solum armis decoratam. 1. p. 106. cum segg.  
Declar. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. n. 1. de cons. Christoph.  
de Paz. de cens. 2. p. 6. 6. n. 14. plurimos citat Grassis in  
locis super citatis, vbi eleganter plures congerit doctri-  
nas, ad propositum videndus.

67 Quia aliud est condere legem particularem circa bo-  
na clericorum, vel generalem, quæ comprehendat om-  
nia temporalia tam laicorum, quam clericorum; nam  
in primo casu procedit argumentum, & ratio illius; in  
secundo verò non, quia lex non respicit in particula-  
ri bona clericorum, sed vniuersa bona consistunt in  
republica temporalis, quæ sunt sub dominio, & prote-  
ctione Regis, quoad bonum publicum totius commu-  
nitatis, & sic valida est talis dispositio, & lex, cum non  
concernat personas principaliter, nec accessorie clericor-  
um; sed bonum publicum totius communitatis, ad co-  
muni mutuum societatem, & vniuersitatem; & sic in hoc  
casu omnes clerici obligantur, quoad vim directiuam,  
in quo omnes Catholici conveniunt, vt tradit Suarez  
vbi supra, de leg. l. 6. 3. cap. 54. Et ratio est, quia vni-  
formis obseruantia talium legum est necessaria ad pa-  
cem reipublice, & ad obtinendam inter ciues aquali-  
tatem, latissime Grassis de effect. cleric. effect. 2. à n. 61.  
& 261.

68 Ex qua ratione tenendum est, clericos ad observa-  
tionem pragmaticæ taxæ panis teneri sub pena pec-  
cati, & reititucionis, vt docet Ioann. Gutier. lib. 2. 1. p.  
quæst. 18. num. 1. Soto in 4. sententia. dist. 25. q. 2. not. 2.  
Motta in suo Emp. iur. tit. 2. de iurisd. q. 1. 2. num. 12. & id  
tit. de legib. q. 1. 5. n. 5. Francisc. Viuus decis. 18. pertinet  
& Ceual. in Epistol. ad Regem nostram. 23. & in lib. 4. cap.  
9. 899. n. 147. quia illa lex obligat omnes siue ex vniuersi-  
tationis directiue, vel ex vtraque causa; latissime profo-  
quitur Alder. Malcar. de interpret. statu. concl. 1. limit. 6. à  
num. 3. 1. cum segg.

69 Et licet contra hanc rationem, & fundamentum, re-  
probando Consil. censent aliud Selsu in Epistol. ad Regem.  
n. 11. cum segg. nihilominus vt vera & recepta ab om-  
nibus tenenda est, & licet clericum obliget in vim ra-  
tionis directiue; tamen quoad punitionem, & poenam  
impositæ exactionem, iudex secularis non est compe-  
tens, sed Ecclesiasticus, ita Bellarm. lib. 1. de cler. cap. 28.  
vers. tertia propositio, Solla vbi supra, fol. 36. Couar. in



prax. 1. & 3. 4. 7. Sarraceni. lib. 1. Selectar. c. 8. Radin. de ma-  
teſtate Principum, n. 177. Surd. ſupra, n. 31. Mart. de iur.  
riſd. 4. p. c. 1. c. 1. & ſupra. Vide optimè  
Gualis de effectib. cler. effect. 2. à n. 130. & 131.

70 Et ex hac ratione præmiſſa, vt Princeps ſupremus  
in temporalibus alium non recognoscens teneatur ex-  
hibere, & præſtare ſuum auxilium, & protectionem Ec-  
cleſiaſticis perſonis oppreſſis, & violentè à ſuis iudi-  
cibus allectis; ſequitur, vt manus Regia manus ſit Ec-  
cleſiæ, ita eleganter Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 11. §.  
trahendam, & eſt text. in l. 1. tit. 3. lib. 2. recopil. ibi: Y  
à los Reyes, y Principes encumbrando Dios la deſenſion de  
la ſanta Madre Ygleſia, &c. cui conuenit l. ſi quis in hoc  
genus, §. ſiquè. C. de ſacroſ. Eccl. ibi: Sit cunctis laudabile  
factas Sacerdotibus iniurias, veluti crimen publicum  
prolequi, l. Episcop. C. de Episcop. audien. Mart. de iur.  
riſd. 1. p. c. 19 à n. 15. vbi citat l. Sanctiſſimarum, prope fin.  
C. de Episcop. & cler. vbi Iuſtinian. mandat, omnibus  
ſubditis Imperio ſub p. na, vt auxilium, & opus ſerant  
Eccl. ſiſticis perſonis, text. etiam in e. cum ad verum, 96.  
diſt. text. in e. Ad animam Episcopum 23. q. 3.

71 Ac ideo omnes Principes temporales tenentur ex  
debito officij impartiri brachium, auxilium, & prote-  
ctionem Eccl. ſiſticis perſonis, quia ipſi dicuntur Ro-  
manæ Eccl. ſiæ deſenſores, ideo Catholicam religionem  
actis defendere tenentur, cap. boni Principes 96. diſt. 1.  
cap. tribuimus cap. Principes 23. q. 8. cap. Chriſtian. 23. q. 1.  
& probatur etiam in clement. 1. de iur. iur. vbi iurant ad-  
iutores Eccl. ſiæ Catholicæ, prout latè proſequitur mul-  
ta adducens Mart. de iur. p. 1. cap. 49. fol. 144. & attri-  
butum Principis in protegendo vi oppreſſos, præſertim  
procedere in Eccl. ſiſticis perſonis vi oppreſſis, dixit  
Mart. de iur. p. 1. cap. 48. ſub nom. 26. reddens ratio-  
nem, quia res, & perſona Eccl. ſiſtica nequaquam in  
tuto eſſe poſſunt, niſi eas & Regia, & ſacerdotalis regat  
potestas, cap. res 23. q. 5. cap. ſin. 96. d. quapropter Rex  
rectè dicitur oppreſſorum rector, vt in lib. Regum  
cap. 22.

72 Reges itaque, Principes, & Imperatores debent tueri  
Eccl. ſiæ vniuerſalem, ne ſingulas omnes Eccl. ſiæ, &  
Eccl. ſiſticam libertatem, quia ad hoc ſunt in terris  
dati à Deo, vt per text. in cap. ab Imperatoribus 23. q. 3. &  
per alia iura ſignat Cardin. Tuſc. præſtat. concluf. litera  
& concluf. 333. num. 10. & quòd deſenſio potius conue-  
niat Eccl. ſiæ, & Eccl. ſiſticis perſonis, quia acta non  
exerceant, quàm aliis, & ideo quòd Princeps tempo-  
ralis tenetur Eccl. ſiæ, ſive particularem, ſive vniuer-  
ſalem, tueri; probat Mart. Anton. Gennetis tract. de  
Eccl. ſiæ praxi Eccl. ſiæ. q. 63. n. 2. & 3. vbi quòd ad hoc  
auxilium, & protectionem exhibendam iurat Imperator  
ex clement. 1. de iur. iur.

73 Hinc eſt, quòd Reges Hiſpaniæ, & ceteri Catholicæ  
reipublicæ ſupremi Principes ſunt protectores decre-  
torum Concilij Trident. vt ex eo patet in ſeſſ. 23. cap. 20.  
ibi, ad pietatem, religionem, Eccl. ſiæ, inque potectionem  
exiſtant. Et conſtat ex d. l. ſu. C. de ſumma Trinit. &  
ſiſte Cathol. & in ant. quomodo oport. Episc. col. quibus  
dicitur, Regiam poteſtatem ad hoc inter cetera eſſe in-  
ſtitutam, vt Sanctorum Patrum decreta ſaluberrima  
exequationi demandari faciant, & inuolubiliter obſer-  
uari; docet Bellarmin. 23. cap. 18. de laur. fol. 1343.

74 Et hanc ob fundamentalem rationem, eleganter re-  
ſoluit Anton. Cuchus lib. 2. inſtitut. maier. tit. 3. de Con-  
cil. Oecumenico, n. 36. quòd Principes poſſunt per ſe, &  
ſuos legatos intereſſe, & aſſiſtere dicto Concilio, pro-  
pter quietem, & tranquillitatem, ne reſpublicæ turbetur,  
tanquam Chriſtianiæ religionis protectores, cuius hæc  
ſunt verba ibi: Eruntque hæc Principum ſecularium  
partes præcipuæ, vt Concilij quietem, & tranquillita-  
tem auctoritate, & ſi opus fuerit, armis tueantur, fou-  
ueant, & regant, turbatores longè ſubmoneant, cui ſi  
pax, & diſciplina Eccl. ſiæ ſoluatur, ille à Principibus

rationem ſit exacturus, qui eorum poteſtati ſuam Ec-  
cleſiam commendauit.) Et quòd ſic obſeruatum fuit in  
Concilio Hiſpaniæ celebratis, vt in eis ad eius prote-  
ctionem adſiſterit Regum auctoritas, ſingulorum Con-  
cilioꝝ verbis, & teſtimonio comprobatur, & latius præ-  
ſequitur Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ,  
in proamio, cap. 9. à num. 70. cum ſequentibus. Sed præ-  
extertis multis citatis rationibus, & authoritatibus exor-  
nat Valdeſius in tractatu de dignitate Regis Hiſpaniæ,  
cap. 1. per totum, & n. 8. Conuocatoꝝ Concilij Trident.  
Pij IV. ſeſſ. 16. Eugubinus, de reparacione fidei, lib. 5.  
ſiguo 13. cap. 8. cum ſequentibus.

75 Si enim ex d. l. hoc genus, §. ſiquè. C. de ſacroſ. Eccl. &  
Mart. ſupra à cunctis ſit licitum iniurias, & oppreſſiones  
factas Sacerdotibus, (vt ius publicum) vindicare; &  
proſequi, quantum magis ipſi Regi hoc permittendum,  
cui proprium officium eſt, vi oppreſſos liberare, & ad  
hoc, regimen à Deo ſuit conceſſum, vt ſuprà diximus,  
cuique principaliter intereſt, ne huiusmodi oppreſſiones  
ſiant, probat text. in l. 2. tit. 10. p. 2. ibi: Que pnes el príncipe  
en cabeza de todos, que ſe debe doloꝝ del mal que reuient  
aſſi como de ſus miembros, y que entonceſ ſeua ſummo, y  
amparo de todos, & l. 2. tit. 1. p. 2. ibi: Como quier que ſea  
ſenior de todas las del Imperio, para ampararlos de fuerça  
è mantenerlos en iuſticia, & probatur in lib. 26. tit. 14. p. 2.  
ibi: El Rey es cabeza vna, y mantenimiento de los vaſſallos,  
& el quien no ſeruiſſe à ſu Rey, quitaria à Dios ſu V-  
cario, y al Rey ſu cabeza, y al pueblo ſu vida.

76 Principes enim ſunt tutores reipublicæ, vt dicit Se-  
neca lib. 1. cap. 4. de clement. ad Neronom, & Frauc. Top.  
tract. de poteſt. Princ. ſecul. §. 5. num. 36. Plinius ſecund.  
lib. 10. Epist. ſi enim tutor eſt, debet ei tutelæ deſeruitio  
quadrate, de qua in §. 12. Inſt. de tutel. ibi: Eſt autem tu-  
tela (vt Sciuus deſinit) viſ, ac poteſtas in capite libero ad  
tuendum eum, qui per atatem ſe defendere non potuit, &c. er-  
go Rex tenetur tam clericos, & Eccl. ſiæ, quàm laicos  
tueri, cum ſint pars, membra, & ciues reipublicæ tempo-  
ralis, quæ ſub tutela Regis eſt, iunò & Princeps vaſ-  
ſillos vti filios, & nepotes tractare debet, Iuuen. de  
Plata in Lucretium, in ſin. C. de deſeruitio. lib. 10. gloſ. in  
mouer. C. de ſeru. expor. Rolan. à Valle conſ. num. 114.  
lib. 1. Ciuet. conſ. 9. num. 37. & conſ. 111. n. 8. Tuſc. vbi  
proximè, num. 26. Princeps inſuper ſupremus iudex  
conſeruator dicitur, ad tollendas violentias, & iniurias  
notorias ſuorum vaſſalorum, ita eleganter Tuſchus in  
tract. de viſitatione, cap. 5. 1. num. 5. ibi: Rex eſt iudex con-  
ſeruator ſuorum vaſſalorum, vt nemini iniuria fiat, &  
ne aliis iniuria inferatur.) Conſeruatoris enim officium  
eſt violentias, & iniurias notorias tollere, & reprimere,  
text. in cap. 1. & cap. ſu. de offi. delegati, in 6. Concil. Tri-  
dent. ſeſſ. 4. cap. 3. & cap. 14. de quo latius erit agendum  
infra 5. p. c. lxxv. & melius probat ipſe Tuſchus in lib. 2.  
cap. 23. num. 15. & 16. ex Græma. deciſ. 78. & aliis, quem  
ſequitur nouiſſimè Moneta in tract. de conſeruatoribus,  
cap. 2. ſub num. 2. vbi alia adducit in propoſito, vt Prin-  
ceps dicatur conſeruator ſuorum vaſſalorum, Et quòd  
Principes teneantur defendere à violentiis iudicia Ec-  
cleſiæ, Eccl. ſiſticæſque perſonas, iure naturali, diſtincto,  
canonico, & conſuetudine immemorabili, probabimus in  
ſequenti præludio, quoniam vt ſuprà diximus, ex Bel-  
luga, manus Regia manus eſt Eccl. ſiæ, pax clericorum,  
ſalus populi, vita vaſſalorum, caput ſubditorum, tutus  
reipublicæ, propugnaculum, & præſidium Chriſtianiæ  
religionis.

## P R Æ L U D I U M III.

### S V M M A R I U M.

Princeps temporalis ſupremus omni iure naturali, diſtincto,  
& poſitio, & conſuetudine immemorabili tractatur